

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Liberalitas g  
cum fonte primo

Non probatur liberalitas uel largitas, si quod alteri largitur alteri quis extorqueat, si iniuste querat et iuste dispensandum putat.

Ambrosius de officiis libro I.

Non probatur largitas si  
quod alteri largitur alteri quis extorqueat,  
si iniuste quaerat et iuste dispensandum  
putet;

nisi forte ut ille Zachaeus reddas prius ei quadruplum quem fraudaueris, et gentilitatis uitia fidei studio et credentis operatione compenses.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1, 30, 145 (CCSL 15, M. Testard ed., p.52, ll.19-22).